

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio ba  
cum fonte primo

Si tempus iocos exigit,  
hos quoque cum dignitate sapiencie gere  
ut te nec grauet quisquam tanquam asperum,  
nec contempnat tanquam uilem.  
Non erit tibi scurrilis sed grata urbanitas.  
Sales tui sine dente sint, ioci sine uilitate,  
risus sine cachinno, uox sine clamore,  
incessus sine tumultu.  
Quies tibi non desidia erit  
et cum ab aliis luditur  
tu sancti honestique aliquid tractabis.

Seneca ibidem (de quattuor uirtutibus).

Si ergo tempus iocos exigit,  
in his quoque cum dignitate sapientiae gere,  
ut te nec gravet quisquam tamquam asperum  
nec contemnat tamquam vilem.  
Non erit tibi scurrilitas sed grata urbanitas.  
Sales tui sine dente sint, ioci sine uilitate,  
risus sine cachinno, uox sine clamore,  
incessus sine tumultu.  
Quies tibi non desidia erit  
et cum ab aliis luditur  
tu sancti aliquid honestique tractabis.

Martinus Bracarenis, *Formula vitae honestae*,  
4 (C.W. Barlow ed., pp.243-4, ll.29-35).